

1217, juny, 6

*Bernat de Sitjar estableix a Ramon Mercader, carnisser, i a Gironès, pedrer, per meitats indivises, una casa i solar situats prop del pont vell, a l'areny de Girona, a cens de dos morabatins d'or, per 260 sous d'entrada.*

ASD núm. 85, perg. orig., 200 x 152 mm, carta partida.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Ciiario per me et per omnes meos presentes atque futuros dono et stabilio tibi Raimundo Mercaterio macellerio et Gerundensi petrario et uestris et quibus dare uel dimittere, uendere uel alienare uolueritis in perpetuum medium per medium illas domos integre quas habeo apud pontem ueterem in arinio Gerunde, cum solo qui ibi est, in quo faciatis domos et quidquid uolueritis. Que omnia affrontant ab oriente in meis domibus sicut paries qui est in capite pontis diuidit per lineam, a meridie in pariete qui est inter me et Berengarium de Lauiata, ab accidente in carraria publica, a circio in meo honore. Sicuti ab hiis .*III*. affrontacionibus dicte domus et solus includitur, cum exitibus et ingressibus et pertinentiis et solis et superpositiset ianuis et finestris et soleriis et parietibus et sufferimentis et adempramentis et stillicidiis et aqueductibus et cum omnibus aliis in eis habentibus eisque qualicumque modo pertinentibus, sic dicta omnia uobis dono et stabilio ad faciendum ibi quicquid uolueritis de abisso usque ad celum ad omnem uestram uestrorumque uoluntatem perpetuo faciendam prout melius dici uel irtelligi potest ad uestrum uestrorumque comodum, saluo meo iure cui dabitis annuatim pro censu duos morabatinos barbe rage boni et fini auri rectique ponderis in festa Natalis Domini quos paccabitis médium per medium communiter et unus non teneatur pro alio; et conuenio uobis et uestris dicta omnia semper facere habere et tenere in pace et esse deffensor et guarent contra cunctam uiuentem personam, et propter hoc totum confiteor me a uobis numerando recepisse et penes me habuisse ducentos sexaginta solidos barchinonenses, renunciando excepcioni non numerate pecunie. Si quis hac rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc .vrn. idus iunii anno domini .Mec. septimodecimo.

Sig + num Bernardi de Ciiario\*. Sig + num Raimundi Merc<at>erii. Sig+num Guaresches. Sig+num Bernardi de Caneto.

Bernardus Sancii, qui hoc scripsi. Bernardus Stephani presbiter, Gerundensis canonicus et publicus notarius, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 197